



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

XXXIII. De pulchris & laudabilibus ceremonijs, quæ in Sacrosancto Missæ
sacrificio exertentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](#)

pro illarum dignitate, & excellentia
in genere aduerte, eam magnam esse;
ab eodem enim principio, à quo illæ
de quibus diximus procedunt, scilicet
spiritu sancto, & in eundem fidem,
qui est honor Dei, & Christianorum
spirituale bonum tendunt. Transca-
mus itaque ad sacrificium Missæ, eius-
que utilissimas & maiestate plenas
cæremonias videamus.

CAPUT TRIGESIMVM
TERTIVM.

De pulchris & laudabilibus cære-
moriis, quæ in Sacro sancto Missæ
sacrificio exercentur.

Suppositis ijs, quæ de Institutione
missæ, eiusque fructibus alibi dixi-
mus; hic eas cæremonias, quibus eam
Apostoli & Ecclesiarum Prælati ex-
ornarunt, & quasi vestierunt per tra-
stabimus. Pro fundamento autem
tanquam eidens, & extra omnem
controversiam positum, asserimus
licuisse Ecclesiæ aliquas cæremonias
circa sacrificium hoc instituere, &
præter

præter essentialia etiam aliqua altera addere. Hoc itaque notato, probandum restat, cæmonias quas instituit sanctas, & verba quæ addit congruentia esse. Quorum utrumque ei opatet, quod tam cæmonia, quam ipsa verba prout notauit S. Thomas instructionem populi & sacrificij celebrem maiestatem referuntur, prom ex ipsa natura & effectus sacrificij constat: cum enim hoc sacrificium sit magnum, & singulare Dei beneficium, conuenientissime ei Ecclesia gratiarum actiones adiecit: cum autem sit proprietarium & impetratorum, optimis rationibus inducta Ecclesia promotuis, & viuetibus orationes adiunxit, sine illis quibus sacrificium applicatur, siue qui assistunt. Iterum cum hoc sacrificium institutum sit in testimonium fidei nostræ, prudenter ab initio Ecclesiæ noui testamenti statutum fuit, ut in Missa Scriptura, & Symbolum fidei recitarentur. Quæ omnia ab Apostolo didicit, qui ad Timotheum scripsit. Obsecro igitur primò omnium fieri obsecrations, orationes, postulations, gratiarum actiones pro omnibus hominibus;

1. Tim. 2.

minibus : Nam vt inquit Chrysost. Chrysost.
Quasi communis quidam totius orbis pa. ibid.
ter sacerdos est dignum igitur est ut om. Hom. 6.
nū curā agat, omnibusque prouideat, si-
cut & Deus, cuius ministerio seruit, &
fungitur vice. Alibiique iubet Aposto- Coloss. vlt.
lus suam epistolam in varijs Ecclesijs
legi. Ex quibus satis clarè perspici-
mus orationes, aliaque scripturæ
verba conuenienter Missæ sacrificio
esse annexa : Neque etiam actiones
cæmoniales aut speciales sacerdo-
tum vestes, minus decenter cum
hoc sacrificio, quam superiora co-
harent; cum æquè dignitatem huius
sacrificij & mirandos eius effectus sig-
nificant.

A vestibus itaque sacerdotalibus
initium ducamus. induitur autem sa-
cerdos Amictu, Alba, Cingulo, Mani-
pulo, Stola & Casula, iuxta antiquam Hieron.
Ecclesiæ consuetudinem, cuius ad fabiol.
Hieron. meminit, & addit veram re- O' in 54.
ligionem alio habitu vti in diuinis Ezech.
ministerijs, alio in profanis. Eo-
dem modo de his loquuntur, qui chrysost.
cum præcesserunt, & Chrysostomus in Liturg.
singulis induendis proprias Oratiunculas

culas assignat. Ex quibus liquidō co-
stat institutionem, ac usum harun-

vestium esse antiquissimum: quam be-

In emni nē autem earum institutio ration-
Relig. v- congruerit, ex eo facile colligu-
ses sacra- quod nulla sit, aut fuerit unquam
rum ve- tam falsa Religio, in qua sacerdotes
stium.

¶ 28.

Iuo car-
not. ep.
124.

Innoceut. de Myster. Miss. Ru. pert. de

proprio habitu, saltem sacrificij tem-
pore ab alijs non distinguerentur.
Ut enim falsorum Deorum culto-
res omittamus, patet ex veteri legi
de Aaronis, & successorum eius in
cris vestibus & DEI mandate con-
secratis; Nam Moysi iniunxit DEVS
dicens, *Facies vestem sanctam animi*
fratrituo in gloriam & decorem: Si
itaque decens erat, quod legis Moy-
saicæ sacerdotes, qui nihil præter be-
stias, & alia quædam inanimata offe-
rebant, sacris ornamenti vestirentur.
Quanto conuenientius erit nouæ legi
sacerdotes, qui sacrificium corporis &
sanguinis Christi offerunt, sacris vesti-
bus exornari? Maximè cum sacerdoti
nōstrorum indumenta, non tam u-
ornatum, quam moralem & mystici
significationem ordinentur, ut bri-
uiter, post eos qui hæc fusius prosecu-

quidò co-
im haru-
: quam b-
o ration-
colligu-
t vñqua-
acerdotu-
ficij ten-
uerentur
m cultu-
er erileg-
n eiusia-
dato com-
it DEVS
am Amu-
em : si
gis Moy-
xter be-
ata offe-
irentur
ue legi-
poris &
is velli-
cerdotu-
tam al-
nystici
ti bro-
rosecu-
ui

ti sunt, ostendemus.

Amictus itaque quem capiti suo sacerdos imponit, spem qua sacra a- diturus firmari debet significat; & i- deo est, quod eum induens dicit, Impo- ne Domine capiti meo galeam salutis, &c. Nam & Apoitolus Spem galeam salutis appellat. Alba cordis puritatem, & Ephes. 6. munditatem designat; ideoque eam 1. Thessalo induens ait, Dealba me Domine & s. munda cor meum &c. Alba autem to- tum regit, & ad talos usque pertingit, Alba. ut puritatis integritas, & boni operis Perseuerantia, quæ ad vitam æternam consequendam necessaria est signi- ficitur. Cingulum continentiam de- notat, ad quam scriptura nos fre- quenter hortatur dicens, Sint lum- bi vestri præincti, &c. State præincti lumbos; ideoque se cingens orat. Præinge me Domine cingulo purita- tis &c. Stola collo inducta, iugum Domini designat, & obedientiam, quæ ad vitam æternam promerendā, Stola. quam inobedientia amisimus, necel- faria est; ideoque eam collo immittēs hoc modo precatur, Redde mihi Domi- ne stolam immortalitatis, quam perdidī

Divis.

Offic.

alij.

Amictus.

cingulum.

Luc. 12.

Ephes. 6.

Casula.

in praeparatione primi parentis. Casula
denique charitatem representat, quia
virtus reliquias omnes superreditur
& iugum Christi facilitat leueque redi-
dit, ideoque eam assumens ita lo-
quitur, Domine qui dixisti iugum meum
suave est, & onus meum leue; fac
istud portare sic valeam, quod consequar
gratiiam tuam. Manipulus vero quem
inistro brachio induit, poenitentia-
tiam huius vitæ significat, ideoque
dicit, Merear Domine portare mani-
lum fletus & doloris. Atque haec
morales quædam instructiones, quis
Missam audientes, & maximè eam ce-
lebrantes intuitu vestimentorum sa-
cerdotalium elicere debent: Nam
ut quidam inquit, sunt signa virtu-
tum, quibus tanquam scripturis qui-
busdam præmonentur sacerdotes,
quid facere, aut fugere eos oporteat.

Iuo. car.
not. Serm.
de reb.
Ecccl.

Innoc. l. 1. Ideoque Innocentius 3. eos hortatur,
de M. st. ut caueant ne cum signa gestent, re-
M. ff. c. 64. significata careant: Nam ut docet
Hieronimus, oportet sacerdotes di-
uina mysteria, ac DEI SACRAMEN-
TA pura conscientia, quæ omnibus
virtutibus exulta sit, tractare.

Verum

Manipu-
lus.

Verum ad mysticam horum ornamenti-
mentorum significationem progre-
diamur, & quid nobis repræsentent,
videamus; neque de pluribus, quam
iam tactis, quia communiora sunt,
agam. In genere autem notandum
est, hæc omnia eò possimum specta-
re, ut memoriam Passionis Christi
nobis refricent: Cum enim hoc sa-
crificium iuxta expressum manda-
tum Christi, dicentis, *Hoc facite in
meam commemorationem*, in memori-
am suę Passionis offeratur; rationi et-
iam conueniens est, ut sacerdos habi-
tu exprimat, quem actione repræ-
sentat: In particulari itaque amictus.
significat vulum, quo improbi Iudeo-
rum satellites Christi faciem conte-
xerunt, illudentes ei & dicentes, *Pro-
phetisa Christe quis es, qui te percussit.*
Vel etiam cum S. Bonauent. dici po-
test, Amictum, humilitatem, qua Chri-
stus suam Diuinitatem contegebat,
denotare. Alba candidam uestem,
qua CHRISTVM illusum He-
rodes ad Pilatum remisit, nobis in-
mentem regerit. Cingulum, Manipu-
lus & Stola, funes, vincula, & compe-

*Habitus
sacerdo-
lis mysti-
catio.*

Matt. 26.
Luc. 22.
Marc. 14.

Bonauent.
de Mystic.
Miss.

R 3 des,

des, quibus Christus consti^tutus
innodatus fuit, dum passionis sua
opus perficeret repræsentant. Deniq^{ue}
casula purpuream militis chlamidem
qua ei Pilati milites eluserant, signifi-
cat.

Atque de significatione, tam
quam mystica vestimentorum sac-
ralium sufficiant, omissis ijs qua pro-
prium episcoporum, diaconorum, &
subdiaconorum habitum concernit.
De quibus hoc solum breuitatis cap-
sa moneo, non sine maxima ratiōne,
& optima proportione ad rem signi-
ficatam, ea instituta esse, ut patet
authoribus, qui de his rebus expre-
sicerunt. Nos autem vidimus, qui
conuenienter instituta sint, & quam-
iliter nos instruant vestimenta, quibz
sacerdotes sacrā Missam celebrant
induuntur: diuinam Sapientiam, que
in illorum institutione reluet exal-
temus; & nos ipsos ad faciendum mo-
ralia, quæ docent, & reuereandum my-
steria, quæ repræsentant excitemus:
hinc ad sacra verba, ac religiosas acti-
ones, quæ huic sacrificio Ecclesia ad-
iunxit, transeamus.